

Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis.

Léctio Epístolæ ad Hebræos

12, 18-19. 22-24a

Fratres:

¹⁸ **N**on accessistis ad tractabilem et ardentem ignem
et túbinem et caliginem et procéllam

¹⁹ et tubæ sonum et vocem verbórum,
quam qui audiérunt, recusavérunt,
ne ultra eis fieret verbum.

[20-21]

²² Sed accessistis ad Sion montem
et civitátem Dei vivéntis,
Ierúsalem cæléstem,
et multa mília angelórum,
frequéntiam

²³ et ecclésiám primogenitórum,
qui conscripti sunt in cælis,
et iúdicem Deum ómnium
et spíritus iustórum, qui consummáti sunt,
^{24a} et testaménti novi mediatórem Iesum.

Verbum Dómini.